





IO. ANDR. SEGNERVS D.

ORDINIS MEDIC. H. T. DECANVS

DISSERTATIONEM IN AVGVRALEM

CLARISSIMI CANDIDATI

FRIDERICI WILHELCI  
KLAERICH

HILDESIENSIS

AD DIEM XV. AVGVSTI M.DCC.L

INDICIT

SVPERFICIES FLVIDORVM CONVEXAS  
EVOLVIT.

---

GOTTINGAE  
LITTERIS HAGERIANIS.

24

IO. ANDR. SECNIERAS D.  
ORATIONE MARIE IN LUDICRUM  
DISSERTATIONEM DIVAGARAVELM  
CARINAEVANUNDATI  
FRIDERICI AURELI  
KLVERICH  
HEDEBERGIA  
AD DIU ZA VEDOCHI MOCUL  
INDIV  
EYOFAL  
SACREHIC HSVIDORVM CONAEYAS

---

GOTTINGAE  
ELETTORIS HANOVERIANI



## ( IV. )

*Figurae superficierum fluidarum conuexae.*

§. I.

**S**uperficiebus fluidorum concavis, quas proxime exhibuimus, geminae plane sunt superficies conuexae, quales hydrargyrum exhibit, quando superficie planae chartae, ligni, lapidis, vitriue incumbit, vel alius cuiuscunque materiei, quae id fluidum minus, quam eius partes sese inuicem, trahit; vel quando vasis continetur ex simili conseptis materie, quorum cavitas rotatione figurae alicuius planae circa axem verticalem generari potuit. Eadem sunt superficies aquae, olei, spiritus, ipsiusque hydrargyri, quando super margines circulares, atque horizontaliter positos, vasorum adsurgunt, quibus eorum fluidorum particulae, quae contiguae sunt, adhaerescunt. Construunturque figurae hae ex curuae III, 15 exhibitate parte *dea* infra horizontalem FG posita, eodem modo, quo figurae concavae ex eiusdem curuae parte altera *DEA* construebantur.

§. 2. Si enim CDE sectio sit huius generis figurae per axem Fig. 1. suum verticaliter positum, ambitus sectionis nunc quoque ut filamentum concipi debet contractile, & quasi elasticum, apud extrema sua puncta C, E, quaecunque ea sint, vel vasi, vel particulis fluidi proxime infra C, E positis, adhaerens. Effectus autem vis istius, qua particulae filamenti, eae exempli gratia, quae vtrinque puncto K adiacent, quantum fieri potest ad se mutuo accedere nituntur, hic in pressione consistit, qua filamenti pars DK, inter punctum illud & verticem guttae D contenta, particulam fluidi infra se positas, deorsum vrget non aliter, quam si

A

punctum

punctum D loco suo affixum foret, K autem secundum Lk, quae filamentum apud K contingit, vi  $\pi$  vrgeretur. Si enim ex aduersa parte punctum R sumatur, in eadem cum K horizontali positum, particulis apud R sese eadem vi contrahentibus, vniuersum filamentum KDR fluidum, quod contingit, deorsum vrgebit vi, quae dupla est prioris; utriusque autem partis DK, DR actione utique punctum D in loco suo continebitur. Recta Lr, filamentum apud R contingens, secundum quam directa est actio particulorum utrinque puncto R adiacentium, aequalis ponderi  $\pi$ , cum priori Lk, in eodem puncto axis L, concurrit.

§. 3. Potest in huius pressionis locum pressio hydrostatica surrogari, eiusdem generis fluidi, quod ambitu CDE continetur, ea, qua partes sub qualibet parte ambitus KD vel KDR positae eodem modo premantur, quo modo premuntur a filamento in contractionem nitente; atque linea aliqua FNBSG duci ea lege, ut, sumptis K, D, R punctis quibuscunque, si per ea ducantur verticales KN, DB, RS, pressio ex pondere fluidi spatio NKDB contenti, pressioni filamenti KD, & pressio ex pondere fluidi eius, quod in spatio KNSR inest, pressioni filamenti KR, aequalis sit. Id utique in proclivi est, dum modo liberum sit, lineam FNBSG eam sumere, quae postulato satisfaciat, sive recta requiratur, sive curva. Facile autem perspicitur

#### T H E O R E M A.

§. 4. Lineam istam FG rectam, eamque horizonti parallelam, fore.

Surrogata enim in locum pressionis filamenti KDR pressione fluidi spatio NKDRS contenti, si FG non sit recta horizonti par-

lela,

læla, fluidum sola grauitate animatum, sub superficie per FG,  
quæ horizonti parallela non est, quiescat; quod fieri nequit.

§. 5. Eadem ergo hic recurrent conclusionum fundamenta,  
quibus apud figuras concavas (III, 6) nixi sumus. Est enim & hic  
vis a contractione filamenti pendens, qua punctum K secundum  
Kk vrgetur, ad vim ex ea deriuatam secundum verticalem, sive  
ad vim qua fluidum sub parte filamenti KD contentum, ab hoc  
filamento directe deorsum premitur, vt KL ad ML. Vis autem  
secundum Kk aequalis ponderi quantitatis fluidi eiusdem, quæ  
quadrato  $\pi r^2$  contineri potest, & pressio aequalis ponderi illius, quæ  
continetur spatio NKDB. Ergo quoque  $KL : LM = \pi r^2 : NKDB$ .

§. 6. Non ergo figuræ istae conuexæ a concavis aliter,  
quam positione, differunt, quæ hic priori aduersa propterea est,  
quia, cum superficies concava trahat fluidum infra se positum,  
conuexa id e contraria premit. Idemque in figuræ constructione  
vsum qualis *de a III. Fig. 3.* exigit. Quod quidem cum istud dis-  
quisitionis nostræ caput vehementer contrahat, spatium concedit,  
aliqua declarandi gratia dictis addendi, quo ita vfar, vt primo me-  
thodum exponam, quæ ad has figuræ perueni, deinde seriem ex-  
hibeam, illis, qui arithmeticæ auxilio eas forte construere volen-  
t, inserviaturam.

### P R O B L E M A.

§. 7. *Figuram superficie fluidæ conuexæ ab initio deducere.*

Sit CDE figura haec, eiusque axis BA. Intelligatur se- Fig. 2.  
cundum hunc axem positum crus siphunculi amplitudinis infinite

paruae, BD, cui apud H occurrat crus alterum KH, eiusdem amplitudinis, superficie, apud punctum K pro arbitrio sumptum, perpendicularare. A termino K siphon secundum verticalem KN asurgat, imminuta, quemadmodum in figura apparet, eius amplitudine. Patet, quod siphunculo hoc imaginario continetur fluidum DH, in aequilibrio esse. Atqui dupli vi secundum DH deorsum vrgetur fluidum DH: pressione sua hydrostatica a pondere pendente, & pressione particulae filamenti minimae Dd, quae intra siphunculum cadit; similiisque & apud crus alterum KH locum habent, intra quod cadit particula filamenti Kk = Dd, ob aequalem crurum amplitudinem. Sit vis, qua DH a contractione filamenti deorsum vrgetur, aequalis ponderi eius fluidi, quod superficie CDE continetur, siphonem ad B vsque repleturi: agaturque per B horizontalis, quae siphonis crus verticale alterum seet in N. Manifestum est, fluidum, quod crus siphonis HKN replet, sola sua pressione hydrostatica, illi, quod crure BH continetur, aequilibrium esse exhibiturum. Vnde sequitur, tantundem a fluido NK secundum KH premi lineolam Kk, quantum ab elasticitate filamenti secundum hanc directionem vrgetur. Sed pressio fluidi tubulo KN contenti, ex theorematis hydrostaticae, aequalis est ponderi eiusdem fluidi, quod rectangulo NK x Kk contineri potest. Huius ergo fluidi pondus vi, qua Kk secundum KH vrgetur ab elasticitate filamenti, aequalis erit.

Dicatur iam  $Dd = Kk$ ,  $ds$ , &  $KN$  siue  $BM$ ;  $x$ ,  $KM$  sit  $y$  &  $BD = a$ ; erit rectangulum  $NKk = xds$ . Ratio autem radii, ad finum curuedinis filamenti apud punctum K, ad  $ds$  constantem, aequa-

aequalis rationi  $dx : -ddy$ . Cumque sit (II. 9.) radius hic, ad finum curuedinis, vt vis, qua particulae filamenti apud K versus se mutuo nituntur, ad compressionem fluidi in KH ab hac elasticitate filamenti: erit  $dx : -ddy = n : xds$ , &  $-ttddy = xdxds$ , sive  $\frac{-ttddy}{ds} = xdx$ ; captisque horum fluentibus  $c = \frac{ddy}{ds} = \frac{xx}{2}$ , vel  $xds = 2tdy = xxds$ . Atqui si KN fiat  $BD = a$ , fit  $dy = ds$ , & aequatio degenerat in hanc,  $xds = 2tds = aads$ , vnde elicitur  $2c = 2tt + aa$ . Atque hoc valore suo loco substituto, prodit  $2tds + aads = 2tdy = xxds$ , sive  $2tds + aads = xxds = 2tdy$ , aequatio eadem, quam ante elicuimus.

## P R O B L E M A.

§. 8. Puncta curuae repertae, ad quam  $2tds + aads = xxds$  Fig. 3.  
=  $2tdy$ , ad eius axem, mediante serie infinita, referre.

Dicatur pars axis BA, per cuius extremum transit applicatarum maxima AC,  $\frac{1}{2}c$ . Erit  $\frac{1}{4}cc = 2tt + aa$ , quia  $BA = V(2tt + aa)$  (III. 10). Sed  $2tt$  sit aequalis unitati. Mutabitur aequatio in hanc:  $\frac{1}{4}ccds - xxds = dy$ . Dicatur praeterea AD, z, vt sit BD, quae fuit  $x = \frac{1}{2}c - z$ , &  $dx = -dz$ . Completoque rectangulo CD, designet  $v$  rectam EF, qua re fit FD sive  $y = ED - v$  sive  $CA - v$ , &  $dy = -dv$ . Mutabitur aequatio, his quoque suo loco substitutis, in hanc:  $\frac{1}{4}ccds - \frac{1}{4}ccds + czds - zzds = -dv$ , sive  $(cz - zz)ds = -dv$ ; vnde fit:  $(cz - zz)^2 ds^2 = dv^2$ . Sed  $ds^2 = dz^2 + dv^2$ , ergo  $(cz - zz)^2 dz^2 = dv^2 - (cz - zz)^2 dv^2$ , &

$$\frac{cz - zz}{\sqrt{1 - (cz - zz)^2}} dz = dv.$$

Est autem ex theoremate binomiali

$$\frac{1}{\sqrt{(z - (cz - zz))^2}} = 1 + \frac{1}{2}(cz - zz)^2 + \frac{1}{2} \cdot \frac{1}{4}(cz - zz)^4 + \frac{1}{2} \cdot \frac{1}{4} \cdot \frac{5}{2}(cz - zz)^6 + \text{etc}, \quad \& \text{ hinc } \frac{cz - zz}{\sqrt{(z - (cz - zz))^2}} dz = (cz - zz) dz + \frac{1}{2}(cz - zz)^3 dz + \frac{1}{2} \cdot \frac{1}{4}(cz - zz)^5 dz + \frac{1}{2} \cdot \frac{1}{4} \cdot \frac{5}{2}(cz - zz)^7 dz \text{ etc.}$$

fine  $dv = (c - z)z dz + \frac{1}{2}(c - z)^3 z^2 dz + \frac{1}{2} \cdot \frac{1}{4}(c - z)^5 z^4 dz + \frac{1}{2} \cdot \frac{1}{4} \cdot \frac{5}{2}(c - z)^7 z^6 dz \text{ etc.}$

Integratur haec aequatio,  $c - z$  ad dignitates exponentium imparium eleuata, facile, fitque

$$v = z^2 \frac{(c - z)}{\frac{2}{3}} + \frac{1}{2} \cdot z^4 \left( \frac{c^3}{4} - \frac{3c^2 z}{5} + \frac{3cz^2}{6} - \frac{z^3}{7} \right) + \frac{1}{2} \cdot \frac{1}{4} \cdot z^6 \left( \frac{c^5}{6} - \frac{5c^4 z}{7} + \frac{10c^3 z^2}{8} - \frac{10c^2 z^3}{9} + \frac{5cz^4}{10} - \frac{z^5}{11} \right) + \frac{1}{2} \cdot \frac{1}{4} \cdot \frac{5}{2} \cdot z^8 \left( \frac{c^7}{8} - \frac{7c^6 z}{9} + \frac{21c^5 z^2}{10} - \frac{35c^4 z^3}{11} + \frac{35c^3 z^4}{12} - \frac{21c^2 z^5}{13} + \frac{7cz^6}{14} - \frac{z^7}{15} \right)$$

& ita porro in infinitum. Atque ex hac serie ad quamvis  $v$  fine CE illi respondens  $v$  fine EF quantumvis accurate reperitur.

§. 9. Maxima applicatarum CA, aequalis illi HG, quae inter tangentem CH & verticem curuae G cadit, obtinetur ex eadem serie, sumpta  $z = AG$ , id est  $= \frac{1}{2}c - a$ , vel  $\sqrt{(1 + aa)} - a$ . Sed partis eiusdem curuae CI puncta quaevis ut reperiantur,  $z$  negativa sumenda est, & omnia seriei signa, quae dignitates huius  $z$  exponentium imparium afficiunt, mutanda in opposita: verbò, omnia seriei signa facienda  $\rightarrow$ . Ipsa semidiameter baseos guttae IK reperiatur, facta in serie ita mutata  $z = AI$ , quae quidem est  $\sqrt{(4t + aa)} - \frac{1}{2}c$ , vel secundum ea, quae modo sumimus  $\sqrt{(z + aa)} - \frac{1}{2}c$ . Sed series initio quidem fatis celeriter, deinde autem admodum lente conuergit, maxime cum quaeritur HG, nisi BG fine  $a$  admodum magna sumatur.

ra animum adiunxi. Postea per quatuor fere annos, apud Meritissimum Doctissimumque Scholae Lambertinae Rectorem, HENRICVM BALTHASARVM BERGMANNVM, cuius Viri sensis sincerissimi non sine magna animi laetitia recordor, habitavi, & ex eius disciplina multos quotidie fructus percepi. Quibus principiis ad altiora præparatus, consilio amicorum, ad artis salutaris studium amplectendum adhortantium, calculum meum lubenter adieci. Quem in finem & operationibus

CVIVS COMMENDATIONI HAEC PRAEMISSA


SVNT

NOBILISSIMVS HONORVM MEDICINA-  
LIVM CANDIDATVS  
FRIDERICVS WILHELMVS  
KLAERICH

vitae suae atque studiorum rationem hanc dedit:

Patria, inquit, mihi est Hildesia, ibi A.R.S. cl. loccxi, die VI. Mens. Augusti, patre iam beato ALBRECHTO HENRICO KLAERICH, artis chirurgicae experto, matre adhuc superflite ANNA ELISABETHA WIEHEN natus, & omni, quoad eius fieri potuit, cura ac sollicitudine educatus sum. Initio mihi praceptores domestici dati sunt, quorum opera religionis ac fidei praecepta imbibiti, & ad studia humaniora animum adiunxi. Postea per quatuor fere annos, apud Meritisimum Doctissimumque Scholae Lambertinae Rectorem, HENRICUM BALTHASARVM BERGMANNVM, cuius Viri senis sincerissimi non sine magna animi laetitia recordor, habitavi, & ex eius disciplina multos quotidie fructus percepi. Quibus principiis ad altiora praeparatus, consilio amicorum, ad artis salutaris studium amplectendum adhortatum, calculum meum lubenter adieci. Quem in finem & operationi-

bus



bus chirurgicis haud vulgaribus a parente factis saepenumero interfuerunt  
& medicamentorum, modique, quibus in officinis praeparantur, notitiam mihi acquirere studui. Inde, volente Deo, celeberrimam hanc Georgiam Augustam adii, & Anno clo loccxlii. die XIII. Aprilis, a MAGNO CRVSIO S. Th. Doctore, ac tunc temporis Professore P. O., fasces academicas tenente, inter ciues academicos receptus sum. Statim sub huius Musarum sedis ingressu praelectiones philologicas Viri Excellentissimi GESNERI, & Celeberrimi HOLLMANNI philosophicas praemisi, ac rerum philosophicarum, quam late patet, cursum bis eius ex ore hausi. Illustrum SCHMAVIVM Ius naturae tradentem audiui. Deinceps in Schola medica Senior atque Professor Primarius Illustris RICHTERVS, cuius Praeceptoris merito gratias pares referre nunquam potero, mihi pathologica, semiotica, medicinae historiam, diaeteticam, materiam medicam, modum formulas praescribendi, medicinam forensem, & Aphorismos b. Boerhaauii praeclare ac summa fide euoluti. Illustris atque Generosissimus de HALLER, quem Virum Deus Medicæ arti deditorum prosperitati longe superflitem incolumentque seruet, me imbuit cognitione plantarum, & ad physiologiam omnium accuratissimam, chirurgiam, osteologiam, nec non ad anatomica, secundum Illustris HEISTERI compendium, fundamenta mihi faciem praetulit. Porro per integrum fere vitam academicam solidissimis eius eximisque in nostro floridissimo theatro anatomico, cadauerum demonstrationibus, quorum numerus ultra C. fuit, non sine magna utilitate sedulo adfui. Idem Fautor me mirum in modum subleuauit, quin etiam Illustrissimi Maeccenatis Nostri mihi fauorem ac clementiam conciliauit. In Mathematicis, Mechanicis  
atque



bus chirurgicis haud vulgaribus a parente factis saepenumero interfuerunt:  
& medicamentorum, modique, quibus in officinis praeparantur, no-  
titionam mihi acquirere studui. Inde, volente Deo, celeberrimam hanc  
Georgiam Augustam adii, & Anno clo 10CCXLIV. die XIII. Aprilis, a  
MAGNO CRYSTALLO S. Th. Doctore, ac tunc temporis Professore P.  
O., fasces academicas tenente, inter ciues academicos receptus sum.  
Statim sub huius Musarum sedis ingressu praelationes philologicas Viri  
Excellentissimi GESNERI, & Celeberrimi HOLLMANNI philosophi-  
cas praemisi, ac rerum philosophicarum, quam late patet, cursum bis  
eius ex ore hausii. Illustrum SCHMIDVSIVM Ius naturae tradentem  
audiui. Deinceps in Schola medica Senior atque Professor Primarius  
Illustris RICHTERVS, cuius Praeceptoris merito gratias pares referre  
nunquam potero, mihi pathologica, semiotica, medicinae histo-  
riam, diaeteticam, materiam medicam, modum formulas praescri-  
bendi, medicinam forensem, & Aphorismos b. Boerhaauii praeclare  
ac summa fide euoluti. Illustris atque Generosissimus de HALLER,  
quem Virum Deus Medicæ arti deditorum prosperitati longe su-  
perstitem incolumemque seruet, me imbuuit cognitione plantarum,  
& ad physiologiam omnium accuratissimam, chirurgiam, osteologiam,  
nec non ad anatomica, secundum Illustris HEISTERI compendium,  
fundamenta mihi facem praetulit. Porro per integrum fere vitam a-  
academicam solidissimis eius eximisisque in nostro floridissimo theatro  
anatomico, cadauerum demonstrationibus, quorum numerus ultra C.  
fuit, non sine magna utilitate sedulo adfui. Idem Fautor me mirum  
in modum subleuauit, quin etiam Illustrissimi Maecenatis Nostri mihi  
fauorem ac clementiam conciliauit. In Mathematicis, Mechanicis  
atque

atque Chemicis audiui Doctorem SEGNERVM. Ab Excellentissimo  
 atque Experientissimo denique BRENDELIO, cuius Viri benignitas in  
 me semper magna fuit, accepi pathologica, semiotica secundum Lom-  
 mium principia, atque pharmaceutica, porro in chirurgia b. PLAT-  
 NERI, Methodo medendi, processibus Sydenhamii sic dictis integris,  
 chymia, & vltimo in praeceptis suis egregiis practicis, illum semel atque  
 iterum fecutus sum. Neque minus Praeceptorum benevolum, ex fin-  
 gulari gratia, quotidie ad aegrotantium lectulos me secum duxisse, si-  
 lentio praeterire non possum. Me quoque cum non nullis Doctissi-  
 mis Medicinae Commititonibus repetiisse paelectiones academicas,  
 paucis attingere hoc loco, non alienum putaui. Verum enim vero  
 Praeceptoribus ac Fautoribus hisce meis ad cineres vsque Venerandis  
 salutis meae fundamentum vnice debo. Tantorum Virorum tot be-  
 neficia tantamque in me benevolentiam animo semper agnoscam gra-  
 tissimo, & cum Hippocrate in Iure suo iurando identidem exclamabo:

*Praeceptores quidem, qui me hanc artem edocuerunt,  
 parentum loco me semper habiturum,*

Transacto vero iam in studiis medicis sexennio, visum mihi est ani-  
 mum ad metam conuertendum: itaque examen honoresque doctora-  
 les ea, qua decet, obseruantia a Medicorum amplissimo ordine petii.

Haec ille. Ordo autem medicus profectus Candidati expecta-  
 tioni pares deprehendit. Defendet ergo sub Praesidio Viri generos.  
 ALE. de HALLER disputationem *Obseruationes medicas practicas*  
 complectentem, praemissa lectione cursoria *de peculiari fluxu genita-  
 rum in utroque sexu obseruato*, quo facto praesente atque consentien-

te SPLENDIDISSIMO CANCELLARIO, doctor creabitur. Disputationem praesentia sua ornare ut velint MAGNIFICVS ACADEMIAE PRORECTOR, ILLVSTRISSIMI S. R. I. COMITES, PATRES ACADEMIAE, CIVES PERILLVSTRES, GENEROSISSIMI, NOBILISSIMI, HOSPITES OMNIVM ORDINVM HONORATISSIMI, nomine collegii medici officiose & perhumaniter rogo.

Gottingae d. XV. Aug. 1750.



PASCEPOTES dñqem, dñqem, dñqem,

ludovicus xvi p[ro]p[ter]a s[ecundu]m m[odum] s[ecundu]m



139 936

200 A 6272

f



TA-OL

Retro ✓



B.I.G.



IO. ANDR. SEGNERVS D.

ORDINIS MEDIC. H. T. DECANVS

DISSERTATIONEM IN AVGVRALEM

CLARISSIMI CANDIDATI

FRIDERICI WILHELMI  
KLAERICH

HILDESIENSIS

AD DIEM XV. AVGVSTI M.DCC.L

INDICIT

SVPERFICIES FLVIDORVM CONVEXAS  
EVOLVIT.

---

GOTTINGAE  
LITTERIS HAGERIANIS.